

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

De Annunciatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

VITÆ DOMINI  
NOSTRI IESV CHRI-  
STI mysteria.

**N**OTANDVM est primitus, omnia sequentium mysteriorum verba, quæ includuntur parenthesi, ex ipsis Euangeliis de prompta esse; non item cætera. Ad hæc, in unoquoque mysterio, semper aut fere, poni puncta tria, ut expeditior sit contemplatio, quod est distinctior.

**D**E ANNUNCIATA B.  
*Mariæ Virgini Christi Incarnatione, de qua Luca primo.*

**P**RIMÒ: quomodo Angelus Gabriel, Beatam Virginem salutans, diuini verbi conceptionem ei nun-

tiauit. ( Ingressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena, &c. Ecce concipies in vtero, & paries filium, &c.)

**S**ecundò: confirmat Angelus id quod prædixerat, adducto exemplo de Sancti Ioannis Baptistæ conceptione admiranda (Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, &c.)

**T**ertiò: respondit Angelo Virgo sancta (Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.)

**D E M A R I A, E L I S A B E T H**  
cognatam suam, visitante; ut habetur Luc. primo.

**P**rimò: quomodo inuisit Maria Elisabeth, ac S. Ioannes in vtero existens, sensit Mariæ salutationem, & gestiit (vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est spiritu Sancto Elisabeth, & exclamauit voce

magna,